

592 a Paschate Josue ad initium David additi annis
342 ab initio David ad initium Ezechiae, constituant
summa 834.

At in summa capituli xvii Canisiani, et sectionis xii
Labbani codicis idem intervallum minuit plus
quam saeculis quatuor : nam constituitur intervallum
ab Josue Paschate ad Pascha Ezechiae annorum 464.

VII. His anachronismis, et antichronismis (si fas
est dicere) non laborat marmor Hippolyti : in quo vi-
dimus, intervalla ex duplice computo, tam « simplici, »
quam « juxta Danieliem, » optime consentire cum rationibus celebriorum Chronologorum, dum intervallum ab Exodo ad Pascha Ezechiae ex cellularum dis-
positione deprehenditur annorum 793, juxta simpli-
cem calculum, vel 794 « juxta Danieliem : » adeoque
haberi distantiam Ezechiae a Paschate Josue 749 ex
calculo simplici, et 750 ex calculo juxta Danieliem.
Neque enim aliter incidenter in cellularum lemmina illa,
Exodus, et Jesus, et Ezechias, nisi septem solidae Pe-
riodi minores annorum 112, et praeterea anni 9 supponantur numerari a Paschate Exodi ad Pascha Eze-
chiæ : et Periodi minores septem, imminutæ cellularis
sive annis 32 juxta simplicem calculum, vel 33
« juxta Danieliem » dicantur interesse a Paschate Josue
ad Pascha Ezechiae : cum unaquaque periodus minor,
ubi solida sit, eandem repeatat cellularam : et unum-
quodque saeculum cellularis xii retrocedat in annorum
consignatione. Necesse igitur est annos interpositos
ab Exodo ad Ezechiam haberi ex hisco cellularis « juxta
Danieliem » vel 7, vel 119, vel 231, vel 243, vel 345,
vel 457, vel 569, vel 681, quod nemo dixerit nulla
idonea auctoritate permotus : vel demum 793 quod
asserimus, cum et reliqua consentiant cum perito-
rum Chronologorum rationibus, ex Bibliorum sacro-
rum numeris rite collectis. Quæcum diligenter ex-
pensa fuerint, constabit, ut puto, facilius posse re-
stitui ex marmoreo Chronicō vitiatis numeros Ano-
nymi Hippolyto æqualis, quam ut Hippolyti Chronicō

A in marmoreis cellulis sibi optime constans, ad vitiatis
codicum numeros inter se dissidentes, et ab anonymis
auctoribus acceptos, tum ab anonymis latine
redditos inflectantur. Velim potius, ut ex fide hujus
Canonis Hippolytei corriganter menda scriptorum
codicum. Facile enim intelligitur decessus numeros
in scriptis Chronicis capite xviii Canisiano inter Epo-
chas Exodi et Ezechiae. Fortasse intermedia aliqua
jacebat Epocha ab Exodo ad initium David : tum illa
subsequebatur ab initio David ad Ezechiam, quæ cor-
ruptis numeris non sibi constat. Omitto alias anti-
chronismos recensere ex variatis lectionibus Canisiani
et Labbeani codicis ; quas colligent Chronogra-
phi, qui conferant summas annorum a Mundi conditu
putatorum ex Anonymo : unde apparebit distantia a
Jesu Nave ad Davidis initium juxta Canisianum exem-
plar ann. 555, juxta Labbeanum 495, quarum neutra
respondet annis in Judicum, et Regum numero re-
censitis. Commendat igitur maxime nostri marmoris
fidem, et præstantiam operis Hippolytei, comparatio
cum codicibus instituta : et desiderium vñementius
intendit operum tanti Patris, et Martyris : quæ int-
egra concidissent, nisi perennitatem aliquam ejusdem
doctrinae reliquijs præclarorum hujusc monumenti ve-
stigium comparasset. Hacenus V. C.

VIII. Hoc itaque Anonymi Chronicō Hippolyto syn-
chroni, quod primum Canisius (1), dei. de Labbeus (2),
postremo Cangius (3) evulgarunt, heic edendum cura-
vimus, velut appendicem operum Hippolytorum, quæ
superiore volumine u collecta simul ac digesta pro-
tulimus, Editionem nostram ad Labbeanam potissimum
exegimus : collatis interim alicubi Canisii et
Cangii exemplib⁹, unde nonnullas descripsimus
variantes lectiones, quæ alicujus pretii esse videban-
tur. Quis enim, ut cum Labbeo loquar, illud Augiæ
stabulum purgare possit?

(1) *Canis. Ant. Lect. t. ii, edit. nov. tom. i, pag.*

(2) *Labb. Nov. Bibl. mss. libr. tom. i, pag. 298.*

(3) *Cang. in Select. ad Chron. Pasch. pag. 415.*

CHRONICON ANONYMI QUI SUB ALEXANDRO IMP. VIXISSE

ANNO CHRISTI CCXXXVI PERHIBETUR.

LIBER GENERATIONIS AB ADAM USQUE AD ORDINEM * QUÆ CONTINETUR IN HOC LIBRO.



Denumeratio temporum et annorum. Generationes D *sulae clara* : *qui, ex quibus gentibus transmigraverunt :*
seculi usque in hunc diem. Terræ divisio tribus filiis Noe.

Declaratio gentium, quæ ex quibus factæ sunt, et
quas singuli terras et civitates sortiti sunt : quantæ in-

D *sulae clara* : *qui, ex quibus gentibus transmigraverunt :*

quot flumina nominata : quot montes nominati.

Quot Judices : et quis quot annis populum judicavit.

Quot Reges in Tribu Juda : et quis quot annis regna-

vit.

LECTIONES VARIANTES.

* Ad ordinem quæ continentur. *Sic ms. Edit. Canis. ad...*

ordine quæ continentur in hujus volumine libet.

Declaratio Paschæ, et quis quando servavit ex temporibus Moysi in hunc diem.

Reges Persarum a Cyro, et quis quot annis regnavit.

Reges Macedoniam ab Alexandro, et quis quot annis regnavit.

Imperatores Romanorum ab Augusto, et quis quot annis imperavit.

Tempora Olympiadum ab Isto, usque in praesentem Olympiadem.

Nomina Patriarcharum ac generationes.

Nomina Prophetarum. Mulieres Prophetarum.

Nomina Regum Hebraeorum et Regum qui in Samaria regnaverunt supra decem Tribus: et quis quot annis regnavit.

Nomina Sacerdotum.

Nomina Episcoporum Romæ, et quis quot annis præstuit.

PRÆFATIO.

QUANDOQUIDEM oporet & instructum esse veritate, necessarium existimavi, fratres charissimi, hunc in brevi de sanctis Scripturis facere sermonem ad corroborandam doctrinam, ut per pauca enarrationes, non sine causa inquisitas virtutes veritatis cœlius agnoscamus, abscedentes prius indoctorum generationem contentionem, ^b quæ obumbrat sensus, hujuscemodi indoctum edoceat. Summa autem cum industria prævidere cupientes juxta veritatem cognoscimus Gentium divisionem, et parentum dinumeratam generationem. ^c Inhabitatorum quoque tempora, bellorum commissiones, et Judicium ^d tempora, dispensationes, et Regum annos, et Prophetarum tempora qui et ex

quibus regibus nati sunt, qualesque captivitates populi, quibus regibus, et quibus Judicibus contigerint; quique sacerdotes, quibus temporibus fuerint, et quæ perditio facta sit. ^e Quo autem modo generatio seminis Israel de Patribus in Christo completa sit, et quot quantique per quantâ tempora dinumerentur anni à creatura saeculi usque in hunc diem.

Existimavimus autem incipientes a Genesi juxta verborum ostensionem, ^f sicut expedit, declarare, non ex nostra quadam parte, sed ex ipsis sanctis Scripturis testificari. Hinc ergo occasionem arripientes juxta ordinem de Genesi sermonem facimus.

INCIPIT NARRATIO.

SECTIO PRIMA.

Liber generationis hominum

Quo die fecit Deus Adam, ad imaginem Dei fecit eos.

Vixit autem Adam annis ccxxx et genuit Seth.
Vixit autem Seth annis ccv et genuit Enos.
Et vixit Enos annis clxi et genuit Cainan.
Et vixit Cainan annis clxx et genuit Malaleol.
[Malaleol vixit] annis clxv et genuit Jared.
Et vixit Jared annis clxxii et genuit Enoch.
Et vixit Enoch annis clxy et genuit Mathusalam.
Et vixit Mathusalam annis clxvii et genuit Lamec.
Et vixit Lamec annis clxxxviii et genuit Noe.
Et erat Noe annorum ^b, et genuit tres filios Sem, Cham et Japhet.

Post annos ^a autem ^c, postquam genetissus est Sem, fit diluvium, cum esset annorum sexcentorum Noe.

Fiunt ergo ab Adam usque ad diluvium generationes xi, anni ii, mcccxi. Ista sunt generationes Sem.

Sem enim esset annorum ^b et genuit Arfaxat anno secundo post Diluvium.

Et vixit Arfaxat annis cxxxv et genuit Cainan.

Et vixit Cainan annis cxxx et genuit Sale:

Et vixit Sale annis cxxx et genuit Heber.

Et vixit Heber annis cxxxiv Phalec.

C Usque ad hunc, generationes v, annis bxxix; ab Adam autem, generationes xv, anni sunt ii, mcccxxi.

SECTIO II.

Divisio terræ et de tribus filiis noe.

Post diluvium autem, Sem, Cham et Japhet, trium fratum, tribus divisæ sunt.

Et Sem quidem primogenito a Persida et Bactris usque in India longe et usque in Rhinocoruris est.

Cham autem secundo a Rhinocoruris usque Gadira.

Japhet autem tertio a Media usque Gadira ad ^g. Bureauam.

Habet autem Japhet flumen Tigridem, qui dividit Medianam et Babyloniam: Sem autem Euphratem, et Cham Geog. quæ vocatur Nilus.

Confusæ sunt autem linguae post diluvium. Erant autem quæ confusæ sunt linguae lxxii, et qui Turrem sedisicabant erant gentes lxxii, quæ etiam in linguis super facti locis tèrras habens sunt.

Nebrot autem gigas, filius Chius, Æthiops, in escam ^h inediis venando subministrabat bestias in cibum.

LÉCTIONES VARIANTES,

^a Instructum esse veritate. Edit. Labb. instructum esse veritatem Diaconum. Et mox, frater carissime,— ad corroborandam doctrinam tuam.

^b Quæ obumbrat sensus. Edit. Labb. quæ obumbrant. Post sensus, edit. Canis. præferit secundum: forte Scriptura enim, inquit editor: quod minus placet.

^c Inhabitatorum — dispensationes. Labb. Inhabitacionis quoque tempora, dispensationes; intermedii omisssis.

^d Judicium tempora, dispensationes. Edit. Canis. Judicium

tempore dispensationes. Recte, ut videtur.

^e Quo autem modo. Ita Edit. Canis. et Labb. At Cōng. et Fabr. quæ aūmodo.

^f Sic ut expedit declarare. Canis, sicut expedit, declarare.

^g Ad Bureauam, Labb. Borram. At. Borream.

^h Inediis. Sic et Canius. Labb. tamen mediis. Canis. Mediis.

Vocabula autem LXXII hæc sunt.

SECTIO III.

- Fili Japhet ^a, Gomer, ex quo Cappadoces...
 Magog, de quo Celtæ et Galatae.
 Mudæ, de quo Medi.
 Van, de quo Græci et Jones.
 Thobel, unde et Thalienses.
 Mosoc, unde Illyrici.
 Thiras, unde Thraces.
 Cethyn ^b, unde Macedones.
 Et filii Gomer, Ascanaz, de quo Sarmatæ.
 Risan, de quo Sauromatæ.
 Thogorma, de quo Armenii.
 Et filii Van, Elisan, unde Siculi.
 Tharsis, ex quo Hiberi, qui et Tyrreni.
 Cithu ^c, de quo Romani, qui et Latini, Rhodi:
 omnes xv.

De his exstiterunt Insulæ gentium; sunt autem Cy-
 prii ex Citiensibus.

Ex Japhet siquidem invenimus, et eos qui sunt ad
 Borram ex ipsis de ea tribu Citiensium.

Sunt autem ex ipsis etiam gentes quæ sunt ^d in El-
 lada, præter eos qui postmodum advenerunt ibi:
 Reges qui habitaverunt civitatem, quæ apud Græcos
 honoratur, Athenas et Thebæorum: quoniam Sidon-
 iorum sunt inhabitatores; et quicumque sunt alii
 similiter, posthæc apud Helladam transmigraverunt.
 Cognoscimus autem hæc ex lege et prophetis.

Erant ergo de Japhet ad confusionem Turris Tri-
 bus xv. Et hæc gentes Japhet a Media usque vesperum
 Oceani diffusæ sunt, attendentes usque ad Borram.

Medi, Albani, Gargani, Arrei, Arneni, Amazones,
 Culi, Corzieni, Benageni, Cappadoces, Paflagones,
 Mariandeni, Tibarenses, Chaliles, Mossynœcii,
 Colchi, Melanceni, Sarmatæ, Sauromatæ, Meotes,
 Scytes, Tauri, Thraces, Bastarni, Illuri, Macedones,
 Hellenes, Græci, Libyes, Istri, Vieni, Davni, ^e Da-
 pnes, Calabri, Pici, Latini qui et Romani, Tyrreni,
 Galli qui et Celtæ, Libyestini, Celtiberi, Hiberi,
 Galli, Aquitani, Illuriani, Basanotes, Cyrtani, Lusi-
 tani, Vaccei, Cunienses, Brittones qui et in insulis
 habitant.

Qui autem eorum noverunt litteras, hi sunt: Hi-
 béri, Latini qui vocantur Romani, Hispani, Græci,
 Armeni.

Sunt autem fines eorum ad Borram usque Gadiram,
 a Potameda fluvio usque ^f Mastusidilion.

Terræ autem eorum hæc sunt: Media, Albani,
 Amazonis, Armenia minor, Armenia major, Cappa-

A docia, Paflagonia, Galatia ^g, Collis Indiæ, Bosphor-
 ma, Mediaerris, Sarmatia, Tauriana, Scythia, Bastar-
 nia, Thracia, Macedonia, Dalmatia mollis, Thessalia,
 Locria, Bœotia, Ætolia, Attica, Acaia, Pellenia quæ
 appellatur Peloponnesus, ^h Arcanea, Epirotia, Illy-
 rìa, Aodinus, Hadriace ex quæ pelagus Hadriati-
 cum, Calatia, Lusitania, Italia, Thusgene, Massalia,
 Celtes, Gallia, ⁱ Hispania, Galli, Hiberia, Hispania
 major.

Huc usque desinit terra Japhet, usque ad Britanni-
 cas Insulas omnes ad Borram respicientes.

Sunt autem his et Insulæ istæ: Britannicæ, Sicilia,
 Eubœa, Rhodus, Chius, Lesbus, Cithera, Jacentus,
 Cesalenia, Ithace, Coreyra, et Cyclades Insulæ, et
 pars quædam Ásiae, quæ appellatur Jonia.

B Flumen autem est his Tygris dividens inter Medium
 et Babyloniam. Hi sunt fines Japhet.

SECTIO IV.

Fili autem Cham: Chus, ex quo Æthiopes.
 Mesraim, ex quo Ægyptii.
 Phud, de quo Troglodite.

Chanaan, de quo Afri et Phenices.
 Et filii Chus: Saba, Evilat, Sabat, Regma et Sag-
 bacata.

Fili autem Regma, Saba et Dadan.
 Et Chus genuit Nebroih.

Ægyptiorum patriæ, cum Mesraim patre ipsorum,
 viii. Dicit enim, Et

Mesraim genuit Ludim, unde Lydii; Enemim de
 quo Pamphilii; Labain, de quo Laboez; Neptōin et
 Patrosonin, unde Cretes; i Casluin unde Lycii,
 unde exierunt Philistim; et Capturim, unde Cilices.

Chananæorum sunt patriæ cum patre eorum xii.
 Dicit enim, Et

Chanaan genuit Sidona primogenitum, ex quo Si-
 donii, et Cheteum, et Jebysum, et Amorreum, et
 Gersesseum, et Araceum, et Euveum, ex quo Tripo-
 litæ, et Aseneum, et Aradium, unde Aradii, et Samare-
 um, et Amathi, unde Amathusi.

Est autem habitatio eorum a Rinocoruris usque Gu-
 diram.

Ex his autem nascuntur reges vel gentes: Æthio-
 pes, Troglodite, Aggei, Isabini, Ictyofagi, Velanni,
 Ægyptii, Phenices, Libyes, ^k Marmaredæ, Charisi-

D litæ, Mysi, Mossynœci, Friges, Magones, Bithyni;
 Nomades, Lycinii, Mariandeni, Pamphyli, Minisci,
 Dipisideni, Lygallii, Cilices, Maurosii, Cretæ, Ma-
 gartæ, Numidæ, Macrones, Nasamones.

Illi possident ab Ægypto usque ad Oceanum.

LECTIONES VARIANTES.

^a Gomer. Varie circa nomina occurruunt lectiones, quas
 videre est apud Scaligerum in Thesauro temporum, p. 43.

^b Cethyn, unde Macedones. Canis. Chetim, unde Tro-
 jani, Phrygi, Macedones.

^c Cithu. Ita labbet edit. Al. Cithi. Canis. autem sic:
 Cithim, de quo Romani, qui et Latini: Dodanum, ex quo
 Iriamii. Omnes xv.

^d In Ellada. Canis. in Thebaide.

^e Dapnes. Canis. Dapneri, Cang. Dapies.

^f Mastusidilion. Canis. Mastusi ad Iliou.

^g Collis. Labb. forte Colchis. Mox pro Mediaernis, Canis.
 habet Media, Derris.

^h Arcanea. Labb. Acarnia. Canis. Acarnanna. Et mox
 post Illyria exhibet Euchnites pro Aodinus.

Calatia. Labb. Calcretia, forte Galatia, Canis. Galatia.

ⁱ Hispania. Galli, Canis. Ypanogallia, forte Hispano-
 Gallia, Leg. Spanogall.

^j Casluin. Labbe Castoin, ~~Xanthocephala~~ (Gen., x, 14).

^k Marmaredæ. Labbe. Marmaridæ.

Sunt autem Insulae in his communes hæc : Corsola, Lupadus, Agaudius, Meletæ, Cerceuna, Menis, Cardinia, Galata, Corsuna, Creta, Gaulus, Rheda, Ethera, Care-tus, Astypala, Chius, Lesbus, Tenedos, Imbrus, Jassus, Cobus, Chnidos, Nisurus, Megistæ, Cyprus.

Qui autem eorum sunt litterati, hi sunt : Phenices, Ægyptii, Pamphyli, Phryges.

Sunt autem flues Cham a Rinocoryris, quæ dividit Syriam et Ægyptum, usque Garira in longum.

Nomina autem gentium, hæc sunt : Ægyptus et Æthiopia quæ tendit adversus Indiam, et altera Æthiopia, unde profliscitur flumen Æthiopum, Erythrea, quod est rubrum attendens ad Orientem : Thebea Libycæ, quæ extendit usque Syrites, habens gentes has : Nasamonas, Macas, Tautameos : Libya quæ a Lepti extendit usque minorem Syrtim : Numidia, Masseria, Mauritania quæ extendit usque Herculeas, quod est Heraclæoticas stelas contra Gadiram.

Habet autem ad Borram maritimam Ciliciam, Pamphyliam, Pisidiam, Mysiam, Lycaoniæ, Phrygiæ, Camaliæ, Lyciam, Cariæ, Lydiæ, Mysiam aliam, Troadem, Aolidem, Bityniam veterem, Phrygiæ altiorem.

Habet etiam Insulas has : Sardiniam, Cretam, Cyprum, et flumen Geon qui appellatur Nilus. Dividit autem inter Cham et inter Japhet, et os vespertini unaris. Hæc media Cham generatio.

SECTIO V.

De Sem autem seniore filio Noe, sunt tribus cognitæ xxv; ad Orientem inhabitaverunt.

Filiæ Sem, Ælam, de quo Ælymci et Assyrii : Et Arfaxat, unde Chaldaei et Ludii, unde Lazones : Et Aram, unde Ethes : priores hos excidit Abraham : et filii Aram Oscevi, de quo Lidii ; et Gart, de quo Gaspheni ; et Mosor, unde Mossyni : Et

Arxaxat genuit Sala, et Sala genuit Heber, unde Hebrewi : et Heber nati sunt duo filii, Falec et Deboc, unde ducitur genus Abrahæ ; et Tactem, et Jectan. Jectan autem genuit Elmodal, de quo Indi ; et Salef, de quo Bactriani ; et Asarmot, de quo Arabes priores ; et Duran, de quo Camehi ; et Derra, de quo Mardi ; et Ezei, de quo Ariani ; et Declam, de quo Cedrusi ; et Gebal, de quo Scythii priores ; et Abimeel, de quo Hircani ; et Sabat, unde Arabi primi : et Ufir, de quo Armenii, et OEVilat, unde Gymnosofiti. Hi omnes Bactriani.

Omnes autem de tribus filiis Noe sunt lxxii.

Omnium autem filiorum Sem habitatio est "a Bactria usque Rhinocoruris, quæ dividit Syriam et Ægyptum, et Rubrum mare ab ore Arsinoës, quæ est India.

Hæc sunt autem quæ sunt factæ ex his Gentes : Hebrewi qui Judæi, Persæ, Medi, Poenes, Arriani, Hircani, Assyrii, Indi, Macardi, Parthi, Germani, Helymci, Cessei, Arabes primi, Cedrusii, Scytæ,

Arabes ultra, Sapientes qui dicuntur Gymnosofiti, nudi sapientes.

Habitatio autem eorum usque Rinocorura et Cilicia.

Qui autem eorum noverunt litteras, hi sunt : Judæi, Persæ, Medi, Chaldei, Indi, Assyrii.

Est autem habitatio eorum, id est filiorum Sein, in longum quidem ab India usque Rinocorura : ita autem a Perside et Bactris usque Indianam.

Vocabula autem gentium hæc sunt : Persis, Bactriæ, Hircania, Babylona, Corbulia, Assyria, Mesopotamia, Arabia velut, Alimales, India, Arabia eudæmon, Cœlesyria, Commagena, et Fynicia, quæ est filiorum Sem.

SECTIO VI.

Gentes autem quæ linguas suas habent, hæc sunt : Hebrewi qui et Judæi, Assyrii, Chaldei, Persæ, Medi, Arabes, Madian, Adiabenici, Taleni, Alamosenni, Saraceni, Magi, Caspii, Albani, Indi, Æthiopes, Ægypti, Libyes, Chetei, Cananæi, Ferezæi, Euvei, Gérgesei, Jebusei, Idumei, Samaritæ, Fœnices, Syri, Cilices, Tharsenses, Cappadociæ, Armenii, Hibeni, Librani, Scytiæ, Colchi, Sanni, Bosporanæ, Asiani, Hisamenses, Lycaones, Pyside, Galatæ, Paflagones, Fryges, Achæi, Thessali, Machedones, Traces, Mysi, Bessi, Dardani, Sarmatæ, Germani, Pannoni, Peones, Norici, Dalmatæ, Romani qui et Latini, Ligures, Galli qui et Celtæ, Aquitanæ, Britanni, Hispani qui et Tyrreni, Mauri, Baccuates, et Massennes, Getuli, Afri qui et Barbæs, Mazicæ, Garamantes qui et Marmaredæ, qui usque Æthiopiam extenduntur.

SECTIO VII.

Necessarium autem putavi et inhabitationes Gentium et cognominationes declarari.

Incipiam autem ab Oriente : Persarum et Medorum inhabitatores Parthi et vicinæ gentes pacis usque Syriam cœle.

Arabum inhabitatores Arabes Eudæmones : hoc enim nomine appellantur.

Chaldaeorum inhabitatores Mesopotameni.

Madianensium inhabitatores Cynedocolpitæ et Troclodytæ et Ichyoſagi.

Græcorum autem gentes et vocabula v : Jones, Arcades, Boeoti, Æoli, Lacones.

Horum inhabitatores fuerunt Pontici, Bitini, Troes, Asiani, Cari, Legii, Pamylæ, Cyrinei, et Insulae plures, id est Cyclades quidem decem quæ Myrti pelagum continent. Hæc sunt autem nomina earum :

Andrum, Tencæteo, Naxus, Geos, Gyarus, Delos, Fynus, Renea, Cygnos, Maraton. Sunt autem et aliae Insulae majores xii, quæ etiam civitates habent plurimas, quæ dicuntur Sporades, in quibus inhabitaverunt Græci. Hæc sunt autem nomina earum : Eubœa, Creta, Sicilia, Cyprus, Coos, Samus, Rho-

LECTIONES VARIANTES.

^a A Baccis. Labb. ab Acris.

dus, Chius, Thapsus, Lemnus, Lesbus, Samotrace. Est autem a Boetia Eubœa : sicuti ab Ione Jonides civitates xvi hæ : Cladiomena, Mitylene, Focæa, Priene, ^a Eryt, Samos, Teos, Colofon, Cius, Efesus, Smirna, Perinthus, Byzantium, Calcedon, Pontus et Amisos libera.

Romanorum, qui et Citiensium, gentes et inhabitationes hæ sunt : Tusci, ^bEmilienses, Pincentes, Campuni, Apulienses, Lucani.

Afrorum gentes et inhabitationes hæ sunt : Lebdeni, Cinti, Numidæ, Nasamones, Saci.

Insulæ autem hæ sunt, quæ habent civitates : Sardinia, Corsica, Girda quæ et Benigga, Cercyna, Galata.

Maurorum autem gentes et inhabitationes hæ sunt : Musulani, Tingitani, Cœsarienses.

Hispanorum autem gentes et inhabitationes hæ sunt, Tyranni et Turrenorum, qui et Terraconenses, Lysitani, Beticii, Autryconi, Vascones, Calleci, qui et Astures.

Insulæ autem quæ pertinent ad Hispaniam Terraconensem tres sunt, quæ appellantur ^b Valliaricæ. Habent autem civitates v has : Ebuso, ^c Palme, Pollentia, quæ dicitur Majorica, Tomæne, Magone, quæ appellatur Minorica.

Harum inhabitatores fuerunt Cananei fugientes a facie Jesu filii Nave : nam et Sidona qui condiderunt et ipsi Cananei. Gadis autem Jebusæi condiderunt, et ipsi similiter profugi.

Gallorum autem Narbonensium gentes et inhabitationes : Amaxobii Græce, Sarmatæ.

Et hos autem necessarium fuit declarare tibi, ne C ignotum gentium vocabula, et gentes, et manifesta flumina ignorares.

SECTIO VIII.

Incipiam ergo dicere de gentibus ab Oriente.

Adiabenici et Taleni contra Arabiam, Saraceni, Saraceni alii Atalenos contra Arabiam. Albani contra Pylas Caspias. Madianitæ maiores, quos expugnavit Moyses, inter Mesopotamiam et mare Rubrum : Minor autem Madian est contra mare Rubrum juxta Ægyptum, ubi regnavit Ravel sacer Moysi qui et Jothro.

Contra Cappadociæ a parte dextra Armenii, Illyrii, ^d Birrani, Scytæ, Colchi, Bosphorani, Sani qui appellantur Sannices, usque Pontum extendentes ; ubi est Accessus, Absarus, et Sebastopolis, Ussilim, quod est portus, et Pasius flumen, usque Trapezunta extenduntur hæ gentes.

Montes autem sunt nominati xii : Caucasus, Taurus, Atlas, ^e Parnaysus, Citeron, Helicon, Parthenius, Nysa, Lucabantus, Penius, Olympus, Libanus.

Flumina autem sunt magna et nominata xli : Indos qui et Fison. Nilus qui et Geon, Tigris, Euphrates, Jordanis, Cessos, Tanais, Menos, Erimanthus, Aly, Asopus, Thermodon, Erasinus, Rius, Borus, sthenes, Alfeus, Taurus, Eurota, Meander, Iler-

A mus, Axius, Pyramus, Bajus, Hebron, Sangarius, Achelous, Peneus, Ebenus, Sperchius, Cayster, Si-mois, Scamander, Strymon, Parthenius, Ister, Illarins qui et Danubius, Rhenus, Rhodanus, Betis, Heridanus, Thember qui nunc dicitur Tiberis.

Filiorum igitur trium Noe tripartitum sæculum divisorum.

Et quidem Sem primogenitus accepit Orientem ; Cham autem Mediterraneum ; Jafet Occidentem. Et ostensis gentibus, quæ de quo creatæ sint, necessario decurrens ad annos.

SECTIO IX.

Falec annorum cxxx genuit Ragau.

Ragau annorum cxxxii genuit Seruch.

Seruch annorum cxxx genuit Nachor.

Nachor annorum lxxix genuit Tharam.

Thara annorum lxx genuit Abraham.

Abraham autem erat annorum lxxv, quo tempore edidit illi Deus, ut exiret de terra sua, et de domo patris sui, et veniret in terram Chanaam.

Fiunt igitur a divisione usquequo venit Abraham in terram Chanaam generationes quinque, anni dcxvi : ab Adam autem generationes xx, annis iii, MCCCLXXXVII.

Conversatus est autem cum Chanaam annis xxv et genuit Isaac.

Isaac annorum lx genuit Jacob.

Jacob annorum lxxvi genuit Levi.

Levi annorum xl genuit Caath.

Caath annorum lx genuit Amram.

Amram annorum lxx genuit Aaron.

In octagesimo autem et tertio anno Aaron, egressi sunt filii Israel de Ægypto, ducente eos Moyse.

Fiunt igitur omnes anni cccccxx.

In deserto xl annos facit populus sub Moyse.

Iesus Nave transito Jordane facit in terra annos xxvii, bellum agit annis vii, et postquam possedit terram vixit annis xx.

Fiunt ergo, ex quo Abraham venit in terram Chanaam, usque ad mortem Jesu Nave, generationes numero vii, anni d ; ex Adam autem generationes xxvii, anni iii, MCCCLXXXIV.

SECTIO X.

D Post mortem vero Jesu peccans populus traditur Cusarsaton regi Mesopotamiae, cui servit annos viii, et cum clamasset ad Dominum, exsurrexit Gothoniel frater Caleb junior de Tribu Juda, qui denuntiavit ipsi Cusarsaton, et occidit illum, et gessit ducatum populi annis xxxi.

Et iterum dum peccaret, traditus est Eglon regi Moab, et servit illi annis xviii. Converso autem populo surrexit Aod, vir de Tribu Effrem, et occiso Eglon, principatus est populo annis lxxx.

LECTIONES VARIANTES.

^a Eryt. Labb. Erythra.

^b Valliaricæ, Labb. Balearicæ.

^c Palme, Labb. Palene.

^d Birrani. Labbe. Gircani.

^e Parnaysus, Citeron. Labbe. Parnessus, Cithæron.

Mortuo autem Aod, delinquens populos traditus A est Jabin regi Cananæorum, cui servivit annis xx. Sub eo prophetavit Deborra, uxor Lapidod, de Tribu Effrem: et per ipsam ducatum gessit Barac Ammono, de tribu Neptalem. Illic denuntiavit Jabin regi, et occidit eum, et regnavit judicans cum Deborra annis xl.

Post eius mortem peccavit populus, et traditus est Madiangis annis vii, super quos surrexit Gedeon de tribu Manasse, qui in ccc viris, cxx hostium M. perdidit. Hic rexit populum annis xl.

Hujus filius Abimelech.

Post hunc præfuit populo Thole filius Fale, filii Caram, de tribu Effrem annis xx.

Post hunc, judicavit Jair Galadites de tribu Manasse, et præfuit annis xxxi.

Post hunc, peccans populus traditus est Ammanitis annis xviii, et cum clamasset ad Dominum, surrexit illis princeps Jephe Galaadita, de tribu Gad, de civitate Masefath; et gessit ducatum annis vi.

Post hunc, judicavit Elon annis x.

Post hunc, judicavit Hebron filius Allelon Farathonoin, de tribu Effrem, annis viii.

Post hunc, peccans populus traditur Allosilis per annos xl.

Post hæc, conversis filiis Israel surrexit Samson, filius Manoe, de tribu Dan. Hic debellavit Allosilos, et gessit principatum annis xx.

Post hunc, Ieli sacerdos judicavit annos xx.

Post, Samuel propheta unxit Saul in regem, et ipse judicavit populum annis xxx.

Post tempus, cum regnaret David, eduxit arcam de domo Aminadab, et divertit vitulos; et cum reverteretur opposuit manus filius Aminadab, nomine Oza et percussus est: et timuit David, et induxit illum in domum Abeddarat Gethi, et fecit ibi menses tres.

Regnavit autem Saul annis xxx. Erat autem illi dux Abner, filius Ner. Ipse autem Samuel unxit David in regem.

Fiunt igitur ab Iesu usquequo conversus cepit David regnum in tribu Juda, generationes ix: annis ccclxxx; ab Adam autem generationes xxxiv; an. iv, mcccclxvi.

SECTIO XI.

Deinceps regnat David annis xl mensibus sex.

In Ebron autem regnavit annis vii mensibus sex, et in Jerusalem annis xxxiii. Sub hoc sacerdos Abiathar, filius Abimelech, ex genere Ieli, et ex alia patria Saddoc.

Prophetabant autem temporibus David, Gad et Nathan. Erat autem ipsi David dux Joad, filius Sarvia^a, sororis David. Illic dinumeravit populum; et erat numerus, quos numeravit filiorum Israel millies centies millenni: filii autem Juda quadringenties septies millenni. Levi autem et Benjamin non dinumeravit. Numerus autem eorum qui ceciderunt ex Israel, lxx millii.

LECTIONES VARIANTES.

^a Sororis. Labbe, conjicit legendum, sororii.

Post David autem regnat Salomon filius ejus, annis xl, et sub ipso adhuc Nathan prophetat: et Achias ex Selon, et inter eos sacerdos Saddoc.

Post Salomonem, regnat Roboam filius ejus annos xiv: sub hoc divisum est regnum et regnavit in Samaria Jeroboam servus Salomonis, de tribu Effrem, prophetat autem, et sub Jeroboam Achias Sehonites, et Sameas filius AElami.

Post Roboam, regnat Abias filius ejus annis xvii.

Post Abiam, regnat Asab filius ejus annis xl. Hic in tempore senectutis pedes doluit. Prophetabat autem sub eo Azarias.

Post Asab, regnat filius ejus Josaphat annis xxv. Sub hoc prophetat Helias, et Micheas filius Jemblas, et Abdias filius Ananiæ. Sub Michea autem erat B pseudopropheta Sedecias filius Cananæi.

Post Josaphat, regnat filius ejus Joram annis xx, et sub ipso prophetat Helias, et post hunc prophetat Heliseus sub filio Joram Ochozia, sub quo populus in Samaria filios suos, et stereus columbinum manducabat, regnante in Samaria Joram.

Post Joram regnavit filius ejus Ochozias anno uno: et sub hoc prophetat Gothol et Labdone.

Post hunc, regnat Gotholia, mater Ochoziæ, annis viii. Quæ exsurgens occidit natos filii sui: erat enim de genere Achab regis Israel: soror autem Ochoziæ, nomine Zosabæ, cum esset Joiadæ Sacerdotis uxor, furata est Joas, filium Ochoziæ, cui Joiada sacerdos imposuit regimonium. Prophetat autem sub Gotholia Eliseus.

C Post hanc, regnat Joas filius Ochoziæ annis xl. Hic interfecit Zachariam filium Joiadæ sacerdotis.

Post Joas, regnat filius ejus Amasias annis viii.

Post Amasiam, regnavit filius ejus Ozias annis lu. Hic leprosus fuit usquequò moreretur. Judicabat autem sub eo Joatham filius ejus. Prophetabant sub Ozia, Amos et Essias filius ejus, et Ozeæ filius Beheri, et Jonas filius Amathi ex Gofer.

Post Oziam, regnat filius ejus Joatham annis xvi. Sub hoc prophetæ Esaias, Osee, Micheas Morathita, et Joel filius Batuel.

Post Joatham, regnat filius ejus Achas annis xv, et sub hoc prophetæ Esaias, Osee et Micheas: sacerdos autem Urias. Sub hoc Salmanassar rex Assyriorum eos qui erant in Samaria transmigravit in Media et Babyloniam.

Post Achas, regnavit filius ejus Ezechias annis xxv. Sub hoc prophetæ Esaias, Micheas, et Osec.

Post Ezechiam, filius ejus Manasse ann. lv.

Post Manasse, regnat filius ejus Amos annis duobus.

Post Amos regnat filius ejus Josias annis xxxi. Hic Idola et altarium Samarie dissipavit. Sub hoc Pascha celebratum est anno xviii regni ejus. Nam ex quo mortuus est Iesu Nave, non est servatum Pascha sicut tunc. Sub hoc Celcius sacerdos pater Jeremiæ prophetæ invenit in sacrario librum Legis in xviii anno regni Josiæ. Prophetauit autem sub eo Oliba uxor

Sellim a veste sacerdotis, et Sofonias et Jeremias, A sub quo pseudopropheta Ananias.

Post Josiam, regnat Sofonias annis quinque, mensibus undecim.

Post Sofoniam, regnat Joachas filius ejus menses quatuor. Hunc ligavit Necho rex Aegypti, et adduxit in Aegyptum, ordinato in loco ejus Eliachim, qui cognominatus est Joachim, regnat annis xi. Sub hoc prophetat Jeremias, et Buzi, et Urias filius Samace ex Cariathiarim. Hunc Nabuchodonosor ligavit catenis aereis Joachim regem Juda, et duxit in Babyloniam.

Post Joachim, regnat filius ejus Joachim annis tribus; et hunc dicit ad eum compeditum Nabuchodonosor rex Babylonis, et alios cum eo.

Per ipsum, constituitur in loco ejus frater Joachim, cuius nomen Sedecias, qui et Jechonias, qui regnabit annis xi.

In anno duodecimo transmigravit illum in Babyloniam, effossis oculis, et populum transduxit cum eo, praeter paucos, qui postea in Aegyptum descenderunt. Prophetant autem sub Sedecia Jeremias et Ambacum, in anno autem ix regni ejus prophetavit in Babylonie Ezechiel. Post hunc prophetae Nahum et Malachias, et Daniel, qui vidit de hebdomadis in primo anno Darii regis, filii Assueri, de semine Medorum, qui regnavit super regnum Chaldeorum.

In primo autem anno regni sui Cyrus dimisit populum redire in Jerusalem. Eo tempore, quo templum aedificavit, prophetant simul Aggeus et Zacharias: post quos Neemias filius Acheli de semine Israel fabricavit civitatem Ierusalem, cum esset ab annis Artaxerxes regis: et post hunc secundus Mardochaeus.

SECTIO XII.

Fiunt igitur a David usque Sedeckiae, qui et Zecoxi, transmigrationem, generationes xviii, annis ccclxxviii, menses ix; ab Adam autem usque in transmigrationem Babylonie sub Jechonia, generationes li, anni iv, mcccxlvi, menses ix.

Et post transmigrationem Babylonie, usque ad generationem Christi, generationes xiv, an. pclx; et a generatione Christi usque ad Passionem, anni xxx; et a Passione usque ad hunc annum, qui est xiii imperii Alexandri annus, an. ccvi.

F. Fiunt igitur omnes anni ab Adam, usque ad tertium decimum Alexandri imperatoris annum, anni v, mcccxxxviii;

Ut autem et aliter ostendamus non tantum per tempora regum, sed etiam a quo Pascha servatum est, dinnmerantes simili annos dicemus...

Ab Adam usque diluvium an. II, mcccxlvi.

A diluvio usque ad exitum Abraham de terra sua mcccly.

Hinc usquequo exirent Israelite de Aegypto, educte eos Moysè, quando et Paseha fecerunt, anni sunt ccclxx.

LECTIONES VARIANTES.

* Servatoris. Italicæ supplementar. expedit. Labbeana.

Ab Exodo Aegypti usque in transitum Jordanis, quando Jesus Pascha celebravit, sunt anni xli.

Ezechias post annos cccclxiv celebravit Pascha.

Post Ezechiam Josias anno cxiv Pascha celebravit.

Post Josiam Hesras post annos cviii Pascha celebravit.

Post Hesram ^a Servatoris usque generationes Christi post annos DLXIII Pascha fit.

A generatione autem Christi post xxx annos, cum passus est Dominus, Pascha celebratur, ipse enim erat justum Pascha.

[“] A passione autem Domini usque in xiii annum imperii Imperatoris Alexandri Cæsaris anni ccvi servatum est Pascha, quod in commemorationem Domini

B nostri Jesu Christi servatur a nobis.

Fiunt igitur omnes anni Adam usque in hunc diem anni quinques mille septingenti triginta octo.

SECTIO XIII.

Reges Persarum ex tempore Cyri.

Cyrus regnavit Persis annis xxx.

Post hunc, Cambyses annis novem.

Smerdius Magus mensibus octo.

Darius annis xxxvi.

Xerxes annis xxvi.

Artaxerxes Longimanus annis xxxvi.

Xerxes dies sexaginta.

Sogdianus menses septem.

Darius Nothus annis xviii.

Artaxerxes, Cyri junioris frater, annis LXII.

Ocor, qui et Artaxerxes annis xxiii, mensibus septem.

Arses Nothus annis tribus.

Darius annis xii: hic est quem Alexander Macedo depositus in bello, quod fuit inenarrabile.

Fiunt omnes anni ccxlvi.

Posit quos, tempora Jam apud Græcos ex constructione Olympiadum sunt clara: nam usque ad Alexandrum Macedonem fuerunt Olympiades cxiv, quæ faciunt annos ccclvi, ab Iphito qui constituit Olympiades.

Ab Alexandro usque ad Christum Olympiades LXXX, quod sunt anni ccclxx.

^b A Christo autem usque annum xiii Imperii Alexandri Olympiades LVIII, quod sunt anni ccxxxvi.

Sunt ergo omnes Olympiades usque annum xiii Alexandri Cæsaris Olympiades ccclvi, quod sunt anni mxii.

SECTIO XIV.

Nomina creaturæ.

Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Jared, Enoc, Matusalam, Lamech, Nœ, Sem, Arfaxat, Sala, Heber, Falæc, sub quo divisa est terræ, Ragau, Seruc, Nagor, Thara, Abraham, Isaac, Jacob, Judæ, Fares, Esrum,

Aram, Aminadab, Naasson, Salmon, Boz, Obet, A Jesse, David, Salomon, Roboam, Abiam, Asa, Josaphat, Joram, Ochozias, Josas, Amasias, Ozias, Joatham, Achaz, Ezechias, Manasses, Amos, Josias.

Josias autem genuit Jonaan et Joachim et fratres ejus, Eliachim qui et Joachim et Sedeciam qui et Jeconias dictus est Salum.

In transmigratione autem Babylonie Joachim genuit Jechoniam et Sedeciam. Jeconias autem genuit Salathiel, Fanneam et Sale, Saer et Jaconiam, Oratmno et Deebi et Filisania, Zorobabel et fratres ejus Abiut et Masolam et Ananias, et Saladi soror eorum, et Sedbel et Thoul, et Archia, et Asadia, et Sobesec.

Adiscatum est autem sanctuarium tempore Zorobabelis, cuius filius Abiud : dehinc Eliachim, Azor, Sadoc, Achim, Heliud, Eleazar, Mathan, Jacob, Joseph, cui despontata fuit Virgo Maria, quæ genuit Iesum Christum ex Spiritu sancto.

SECTIO XV.

Prophetarum nomina.

Adam, Noe, Abraham, Isaac, Jacob, Moyses, Aaron, Jesus Nave, Heldad et Modat, Natan, David, Salomon, Elmodac, Achias Silonita, Sameas filius Elam, Ananias, Helias, Micheas filius Emblac, Abdiu, Heliseus, Abladan, Amos, Esaias, Osee filius Becri, Joanas, Micheas, Raban, Johel filius Batuel, Jeremiah filius Heliae sacerdotis, Sophonias, Buz, Ezechiel, Urias, Sameas, Ambacue, Naum, Daniel, Malaichias, Aggeus, Zacharias, et sub Christo Simeon et Joannes Baptista.

Item Mulieres Prophetissæ, Sarra, Rebecca, Maria soror Moysi, Debora, Oliba et sub Christo Anna, Elisabeth, *Maria* quæ genuit Christum.

SECTIO XVI.

Nomina Regum.

Saul de Tribu Benjamin.

Postquam autem translatum est regnum in Tribum Juda, David, Salomon, Roboam, Abia, Asa, Josaphat, Joram, Ochozias, Joatham, Achaz, Ezechias, Manasses, Amos, Josias, Joachim, Eliachim, Sedecias et Jeconias : sub hoc transmigratio facta est sub Nabuchodonosor.

Nomina regum, qui regnaverunt in Samaria super decem Tribus ex quo regnum divisum est.

Jeroboam filius Nabath annis xxii.

Nabath filius ejus annis duobus.

Saba filius Achiae annis xxiv. Hic vindicavit domum Jeroboam.

Hela filius Base annis duobus.

Zambri annis xii.

Achab filius ejus annis xxii.

Ochosias, filius Achab, et Joram filius Jeconiae, annis xii. Sub hoc filios suos et stercus columbinum hi qui erant in Samaria, manducaverunt.

Jehu, filius Namsi, annis xxviii. Hic in initio prius fuit : fecit vindictam super domum Achab, occisis Joram et Jezabel, et Ochosia Rege Juda.

Joachaz annis xvii.

Joas filius ejus annis vi. Hic Amasiam regem occidit, et destruxit de muro Jerusalem cubita cccc. Jeroboam, filius Joas, annis xv.

Azarias, filius Jeroboam, mensibus tribus.

Selem, filius Abia, mense uno.

Unornane, filius Gadi, annis decem.

Falacias Manase annis duobus.

Facea, filius Romeliae, annis decem. Hic obsecvit Jerusalem, regnante Achaz, non possedit eam.

Osee, filius Dale, annis octo. Sub hoc decem Tribus transmigratae sunt in regione Medorum a Salmanassar, qui et ipsum Osee colligatum habens abiit, regnante Achaz super duas Tribus in Jerusalem.

SECTIO XVII.

Nomina Sacerdotum.

Aaron genuit Eleazar, Finees, Achias, Razaza, Moriat, Arnaria, Amitob, Sotis, Achivas ; hujus filius Illelias Propheta; et Salon, Joram, Amos Joadæ filius, Sedecias, Sedecia, Jehel, Uria, Tieem, Salon qui genuit Celcius, cuius filius Hieremias propheta et Aarias filius Azazæ, Sareu, Josedech qui genuit Jesu qui fuit sacerdos, cum instauraretur templum post captivitatem, Celicias, Joachim, Cædue.

Item alia patria, ex qua fuit Ezechiel propheta : Jode, Fatuea, Amorius, Zadiar, Samubel, Evexia, Melchius, Salon, Comorius, Barracim, Soffonius, Masses, Celcius, Buzi, Ezechiel.

Item alia patria, unde Heli Sacerdos, cuius filii Finees et Olin rapiebant immolationem. Princeps patriæ de filiis Gaad, Achimelech, Habiathar, Urin, Nathan, Heli.

Item patria Leviticum, unde fuit Samubel propheta : Choræ qui restitit Mosi : filius hujus Helcana, Susem et Abiar, Zeraam, Chelchanu, Samuel. Huic fuerunt duo filii munerum acceptatores, Johel et Habia.

Initium patriæ Levitarum, unde sunt Sacerdotes, ministri et Levitæ. Ambram filius Cahaad, filius Levi, filius Jacob. Levi genuit Gerson et Cahaad, et Merai. Filii autem Gerson, Semei et Emeher. Hi filii Levitæ et filii Cahaad, Ambram, Esar Cefron, Odiel. Ambram genuit Moysen et Aaron, et Mariam. Aaron genuit ex Helisabet sorore Naasson, Nadab, et Abiud, et Eleazar, et Ithamar. Mortui sunt autem Nadab et Abiud offerentes ignem alienum. Post Aaron, Eleazar suscepit sacerdotium ; post Eleazarum, Finees. Ithamar autem et filius ejus : Isaar autem frater Ambram et ipse Levita. Hujus filii Choræ et Nabith et Gazer : et filii Choræ Air et Helcana et Abiasap. Hic Choræ restitit adversus Moysen et Aaron, et Chao absorptus est in Viriseel. Cebron frater Amram, Aercius, filii ejus Misahel, Elisaphath, et Setis et Dile. Hi Levitæ traditi sunt. Omnes autem Aaron et filii ejus Arcæ Testamenti, ut ministrarent ei, et tollerent eam : et facta est eis pars decima sacerdotibus initia, et primogenita, ^a et quæ in sacrificiis constituta, et primogenito, et destinata Levitis

^a Et quæ ... primogenito. Nec desunt apud Labb.

dicta est lex, ut quæcumque acciperent a populo ex A decimis, decimas darent Sacerdotibus, ut existimaretur eis tamquam oblatio. Initio eorum traditæ sunt illis etiam civitates Refugiorum sex, et harum præta sementina in circuitu ejusque civitatis cubiti duo millia, et aliae civitates XLII; sacerdotibus quidem decem, Levitis vero XIII.

Puto latius nos dixisse, quam speravimus, tamen necessaria pro his qui scrupulosius requirere volunt et multa legerunt: quos existimo facile percipere quæ scripta sunt: sed et illi qui pauca legerunt, facilius ad intellectum possunt pervenire ex illis, quæ a nobis per breviam inquisitionem declarata sunt.

SECTIO XVIII.

Macedonum Reges juxta Alexandrinos.

Alexander filius Philippi, post Darium annis VII
Ptolemaeus Lagi sacer, annis LU.
Ptolemaeus filius, Philadelphus, annis XXXVIII.
Ptolemaeus filius, Evergetes, annis XXX.
Ptolemaeus, Evergetae filius, annis XXV.
Ptolemaeus Philopator, annis XVII.
Ptolemaeus frater, annis XXIII.
Ptolemaeus Fuscus, annis II.
Evergetes annis XXVI.
Ptolemaeus Alexas, annis XX.
Alexander frater Ptolemaei Alexæ, annis XVIII.
Ptolemaeus Dionysius, annis XXIX.
Cleopatra filia, annis XXV.
Fiunt insimul anni CCCXLVI.

Sequentia absunt a Canisio.

SECTIO XIX.

Imperatores Romanorum.

Augustus annis LVII.
Tiberius annis XXII, mensibus VII, diebus XXIII.
Caius annis III mensibus novem.

ANNO DOMINI CCL.

CELERINUS, LUCIANUS, CALDONIUS, MOYES, MAXIMUS, NICOSTRATUS, RUFINUS
ET CÆTERI CONFESSORES ECCLESIAE ROMANÆ ET AFRICANÆ.

EPISTOLA

CELERINI [AD LUCIANUM.]

(Pamel., Rigalt., Baluz., Paris., xx. Oxon., Lips., XXI.)
ARGUMENTUM hujus et sequentis Epistolæ habes istud in Epistola Cypriani XXII. *Exempla quoque, inquit, Epistolæ Celerini boni et robusti confessoris quam ad Lucianum eundem confessorem, scripserit, item quid Lucianus ei rescripserit, nisi vobis, ut sciretis et laborem circa omnia et diligentiam nostram, et veritatem ipsam disseretis: Celerinus confessor quam sit timoratus, et cautus et humilitate ac timore sectæ nostræ verecundus: Lucianus vero circa intelligentiam dominicæ lectionis, ut dixi, minus peritus, et circa invidiam verecundiæ nostræ relinquendam facilitate sua molestus. Nam cum Dominus dixerit, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti Gentes tingui, et in Baptismo peccata dimitti: hic præcepti et legis ignarus, mandat pacem dari et peccata dimitti in*

Claudius annis XIII, mense uno, diebus XXVII.
Nero annis XIII, mensibus octo, diebus XXVIII.
Galba mensibus quinque; diebus XXVI.
Otho mensibus octo, diebus septem.
Vitellius mensibus novem, diebus XV.

Titus annis tribus, mensibus duobus, diebus duobus.

Trajanus annis XVII, mensibus octo, diebus sex.
Hadrianus annis XX, mensibus decem, diebus XXVIII.
Antoninus Pius.... mensibus octo, diebus XXII.
Marcus annis XIX, mensibus quinque, diebus duodecim.

Commodus annis XII, mensibus octo, diebus XXIV.
Ælius Pertinax mensibus septem.

Julianus mensibus duobus, diebus septem.
B Severus annis XIV.

Antoninus, cognomento Caracalla, Severi filius, annis sex, mensibus nove, diebus duobus.
Macrinus anno uno diebus sex.

Antoninus annis sex, mensibus octo, diebus XXVIII.
Alexander annis tredecim, diebus novem.

SECTIO XX.

Regum Hebreorum.

Saul annis XXX. David annis XL. Solomon annis XL. Roboam annis XVII. Abia annis tribus, Asa annis XVI. Josafat annis XXV. Joram annis novem, Ocosias anno uno, Gotholia mater annis octo, Joas annis XL. Amessias annis XXXVIII. Ozias annis LVIII. Jotham annis XVI. Achas annis XVI. Ezechias annis XXXIX. Manasses annis LV. Amos annis duobus, Josias annis CXXXV. Joachim frater Joachaz annis XI. Joachim filius Hemeras, annis tribus captivitatis, Sedecias annis XI. Nabuchodonosor redux annis XV. Cymaroth filius annis XII. Baldasar frater annis XIV. Darius Assuerus annis XLIII. Cyrus anno primo.

Cætera deerant in ms. exemplari.

340!

Pauli nomine, et hoc sibi dicit ab illo esse mandatum: sicut in litteris ejusdem Luciani ad Celerinum factis animadvertis, etc.

Hanc vero et sequentes epistolæ, ne Baluzianum opus nimium discinderetur, inter Epistolæ Cypriani cas ad tomum quartum rejectas, eo tamen loci, propter accuratam chronotaxim, revocavimus. Vid. inf., t. IV, col. 274.

EPISTOLA

LUCIANI AD CELERINUM.

(Pamel., XXII. Rig., Baluz., Paris., XXI. Oxon., Lips., XXII.)
Vide præcedentis Epistolæ argumentum ex S. Cypriano acceptum, et notam qua alias hæc Epistola remittitur. Inf. t. IV, col. 279.

EPISTOLA

OMNIUM CONFESSORUM AD CYPRIANUM.

(Pamel., XVII, Rigalt., Baluz., Paris., XVI. Oxon., Lips., XXIII.)
ARGUMENTUM. *Libellus Martyrum nomine a Luciano scriptus.* Vid. infra, tom. IV, col. 268.